

una numero 7. eodem titulo, ubi concludit ad impediendum etiam peccatum futurum, non admitti vilem personam ad deuantium, nisi factum ita clandestinum sit, vt probari nequeat, nisi per vilem personam: quod etiam probat Tho. Sanch, ubi supra num. 12. ubi ex hoc infert, iudicem considerare debere qualitate personae testificantis, & an sibi displiceat matrimoniu, necne? & alias circumstantias secund. Hostiens. & Calder. in d. ca. Praterca, el segund. & ibi Ioan. Andre. num. 4. Butr. 8. Ancharr. 4. & Gregor. Lopez in l. 18. in glos. de vn. titulo 9. parua 4. & tandem resoluit multum versari in iudicis arbitrio, quae sint verae probationes. & quando testibus fides adhibenda sit, vt late tradit Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 1. casu 90.

13 Tertium genus probationis ad impediendum matrimonium contrahendum est, sola fama vt expresse decidit in d. super eo de consang. & affini, & ibi abb. & communiter DD. Couar. ubi supra num. 20. l. 18. tit. 9. parua 4. & nemo ab hoc discrepat: est enim iure approbata haec decisio, quam etiam alios allegans tenet, & probat Petr. Duen. in reg. 209. limitat. 6. ubi citat etiam l. 2. verso a menos. tit. 3. parua 4. & procedit quamuis sponsalia iuramento confirmata fuerint, iux. gloss. in d. ca. super eo verbi scilicet & in d. ca. Praterca verbi fama, & vtrobique communiter DD. Est communis sententia secund. Couar. ubi supra num. 22. in princ. ex Praeposito in d. ca. Praterca n. 9. & Tho. Sanch. d. lib. 1. disp. 71. n. 14. contra Palud. quem refert oppositum tenentem ex tex. in ca. cum in tua de sponsal. ubi vltra personam fide dignam, requiritur fama, eo quod sponsalia iurata erant: sed hic tex. non obstat, quia illud ideo ibi quia testis non deponebat, sed tantum denunciau, vt recte obseruat ibi Alex. de Neuo num. 9.

14 Requiritur tamen sequentia ad hoc, vt sola fama in proposito probet: primo, quod non sit priuata, scilicet, si coalesc. iudici, vt priuato. sed quod ea probetur in actis, cum tenentur iudicare secundum allegata. & probata, nisi constaret iudici, vt notorium, quamuis etiam id non probetur, potest iudex iuxta illud iudicare, vt inquit Sanch. ubi supra num. 51. iux. tex. in dicta glossa 1. ibi in l. 1. C. qui & aduers. quos: quod verum non credo nisi id esse notorium probetur, nec d. l. 1. recte inspecta probat quod gloss. ibidem dicit, Poterit autem iudex fama priuata ductus, per seipsum de plaso, & sine aliquo ordine iudicario diligenter de impedimento inquirere, vt cum alijs tenet Mascard. de probat. conclusio 1033. num. 13. & Sanchez ad fin. d. numero 13. ubi cum Cardinal. & Praepos. addit. non esse opus in hac specie partem citare, nec facere, vt testes iurent, quod vltimum securum esse non censeo, sed potius contrarium; imo quod testes iurent, alias namque quam fidem facient ad impediendum matrimonium; Alias enim daretur facile locus mille fraudibus, praeterquam quod iudex iuridice non procederet, parum namque creditur testi non iuranti, vt praediximus, & tenet cum alijs idem Sanch. ubi supra numero 10.

15 Secundo non sufficeret fama ad impediendum matrimonium nisi de contraria fama adessent clariores probationes, glossa verbo famam, per tex. ibi in ca. cum in tua de spons. & ibi communiter DD. Mascard. ubi supra numero 14. & Sanchez cum alijs ubi supra num. 16. qui numero 17. idem probat, etiam si consanguinei deponant contra priorem famam: quia eorum iuramentum admittitur per tex. in d. ca. cum in tua de sponsal. & ibi DD. & quod praed. fama, cuiusque probatio elidit etiam arbitrio iudicis, si contra illam contrahere volentes iurent se non esse consanguineos, tunc enim iudicis arbitrio relinquitur

iuxta personarum qualitate admittere hoc iuramentum contra famam secundum Praepos. in d. ca. cum in tua, numero 4. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 3. casu 243. numero 4. & casu 454. numero 1. & 2. Mascard. d. conclus. 1035. numero 16. idem de parentum iuramento asseruat Praepos. Menoch. & Sanchez ubi supra.

Quarto obseruandum erit, rumorem non sufficere ad impediendum matrimonium: quia rumor minus probat, quam fama, vt constat ex d. ca. super eo: nam vt ibi communiter DD. docent, in hoc differunt fama, & rumor, quod fama est quando maior pars viciniae acclamat; rumor vero, quando aliqua pars, vt tertia, vel quarta. ita cum alijs recte probat, & tenet Sanchez ubi supra numero 18. aduersus Praepos. in d. ca. super eo numero 4. post Anton. ibi numero 7. tenentes sufficere rumorem ad impediendum matrimonium.

Denique bene etiam probat Sanch. d. disputatione 71. nu. 7. lib. 1. quod non sufficit neque fama, nec vnus testis, quando non agitur de impedimento impediendo matrimoniu, sed allegatur aliqua causa, qua existente, nullum esset peccatu contrahere, vt si ad dissoluendum sponsalia allegaret sponsus fornicationem sponsae, vel quid simile, quia cum hoc casu non agatur de peccato euitando, sed de alterius praedicio. non satis est vnus testimoniu, vt facillime hoc ibi bene probat aduersus Paludan. cuius Paludani contraria sententia pro foro conscientiae placet eidem Sanchez disp. vltima, d. l. 1. nu. 2. ad fin. dummodo testis ille supradictis qualitatibus affectus sit.

Illud denique obseruandum est, quod quamuis testis sit ad dissoluenda sponsalia, licet iuramento firmata sint, quia tunc consensu dissolui possunt, & in terminis ita tenent Ancharra. in d. ca. super eo, numero 4. & ibi Abb. num. 5. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. centuria 2. casu 103. num. 2. Mascard. de probat. d. conclusio 1035. nu. 17. & 18. & Alphon. ad Veracrec. in 3. parte Speculi conu. art. 18.

Confessio vero impediens illius, qui matrimonium reusit, non sufficit ad impediendum in praedicio alterius secund. Anton. de Butrio in d. ca. super eo nu. 2. & ibi Abb. num. 5. & Alex. de Neuo num. 13. Menoch. de arbit. iudic. ubi supra num. 3. & Mascard. etiam ubi supra nu. 18. secus est in confessione impediendi illius, qui matrimonium celebrari optat, haec namque satis est, quia alter volens non subsequi matrimonium, iam ex sua parte dissentit, consentiens autem praed. impedimentum eo ipso recusat matrimonium celebrari, quare mutuus consensus ad dissoluenda sponsalia concurrat, ita tenet Anton. nu. 3. & d. l. 3. in d. ca. super eo, Mascard. Menoch. & Veracru. ubi supra, & haec vltimam obseruationem tenet etiam & sequitur Thom. Sanch. d. lib. 1. disp. 72. per totam.

Vltimo aduertendum est, quod sicut in foro exteriori vnus testis de certa scientia deponens cum iuramento de impedimento matrimonij, vel fama, satis est ad impediendum. ita etiam sufficit pro foro interiori, vt probat Thom. Sanchez d. lib. 1. disputatione vlt. numero 2. ex doctrina Archid. in ca. si homo 35. quest. 3. per tex. ibi, & Turrecremat. Laurent. & Gofred. quos contra Vincent. & Taocred. refert, & sequitur Enrich. in d. ca. Praterca numero 2. tenentes, consanguineum videntem suum consanguineum, velle eam ducere, quam ipse carnaliter cognouerit, teneri impedimentum detegere, alterumque teneri credere, addit recte Archid. dummodo iuret, & coniecturae sint cum non mentiri, vt praediximus, & sequitur eum Sanchez d. disputatione

ratione vltimo. sub. numer. 2. addens, quod imo si esset persona fide digna testificans, & de certa scientia testificaret, nec suspicio aliqua superesset, credit in foro conscientiae non esse necessarium iuramentum.

CAPITVLVM XXXVII.

De puella virgine in loco tuto, & honesto deponenda, quoties ab alio pro sponsa pro fide data petitur.

SUMMARIVM.

- 1 Puella virgo perita in matrimonium contra vpluntatem parentum, vel aliorum cum quibus habitat, quibus casibus, ubi & apud quem deponenda est, atque constituenda, vt plena libertate fruatur & de praxi obseruanda in proposito, & numeris sequentibus: & quanto tempore remanenda sit in deposito, numero 3.
- 2 Lites pendentes inter virum & uxorem super causa matrimonij ubi & quomodo ipsa deponenda sit? & numero 5.
- 3 Vxor consummata iam matrimonio agens possessario aduersus maritum excipientem de consanguinitate, vel alio impedimento prius restituenda est, quam cognoscatur de exceptione, cum suis declarationibus, & limitationibus.

Triplicem casum hoc caput exposcit. decisionemque eius in vnoquoque, quibus addam quartum, vt plene haec materia in praxi vtilissima, & frequentissima declaretur. Primus est, quando duo viri iniunctim vnammert exposcunt sibi in vxorem illam, & illa timet sibi inferri violentiam ab eis, ideo petit poni in loco securo, ne ab eis rapiatur.

Secundus est, quando vnus tantum contendit puellam virginem constitutum sub potestate suorum parentum, vel consanguineorum sub quorum cura, & gubernatione existit, sibi fidem matrimonij praestitisse, & petit apud domum securam & honestam deponi, in qua libere voluntatem suam promere, & declarare possit.

Tertius casus est, quando mater legitima tutrix filii impuberis, vel alius, eius tutor, eam tradere alicui in sponsam promittit, an debeat ab ea, vel eo auferri, & in loco tuto deponi?

Quartus est, quando iudicio possessorio agitur a marito contra uxorem, & timetur de saeuitia mariti, & propterea mulier non vult secum habitare, vel etiam quando opponitur impedimentum consanguinitatis, de quo potest incontinenti constare, vel etiam si proponatur exceptio quod non fuit tradita ad domum viri, nec ipsa tradita.

Circa primum casum habemus tex. expressum iuxta eius communem intellectum in cap. cum locum 14. in ordine de sponsal. & marrim. ubi, quod cum locum non habeat consensus, ubi metus, vel coactio intercedit, necesse est, quod ubi assensus cuiusque requiritur, coactionis materia repellatur: matrimonium autem solo consensu contrahitur, & ubi de ipso quaeritur, plena debet securitate ille gaudeat, cuius est animus indagandus, ne per timorem dicat, sibi placere, quod odit, & sequatur exitus, qui de iniuris solet nuptijs provenire: quocirca mandamus (inquit Gregorius Summus Pontifex respondens Papiensi Episcopo) quatenus puellam, de cuius matrimonio questio ventilatur, in qua nihil ea timere oporteat, facias honeste teneri, donec

praed. causa terminata fuerit, & sententia sine contradictione cuiusquam valeat executioni mandari.

Tex. hic duas habet lecturas: Prima est iuxta casus positionem in illo tex. scriptam, & gloss. sine ibidem: nempe, quod inter duos nobiles eius Papienses, questio vertebatur super matrim. cuiusdam puella, vterque namque dicebat, se matrimonium cum illa contraxisse, mulier timebat violentiam sibi inferri ab eis, & ideo mandata Papa Episcopo Papiensi, vt puellam illam, de cuius matrimonio quaeritur, ponat in domo, in qua nihil eam timere oporteat, & honeste teneatur vsque ad tempus executionis sententiae scilicet: hanc lecturam tenet etiam Ioannes Andreas ibidem, & communiter DD. secund. Praepos. numero 10. non tamen constat ex litera illius tex. nisi ex integra illius Decretalis aliud appareat: est tamen secund. eam decisio expressa in hoc primo casu, quam etiam sequitur Angel. de Castr. inter consilia matrimonialia consil. 31. numero decimo, volumine primo, ubi cum tex. intelligit, quando duo petunt aliquam in vxorem, & dubitatur, cum quo illorum primo contraxerit, vel quando vterque dicit cum ea contraxisse sponsalia de futuro, & vterque petit, quod cum eo contrahat matrimonium de praesenti, & dubitatur, ne consentiat in illum, qui forte sibi displiceat, quod hodie frequentius contingit post Concilium Tridentium. Rursus hic idem casu duorum virorum eandem puellam in vxorem petentium potest etiam in specie altera verificari, videlicet, quando duo litigant super matrimonio inter eos contracto & alter eorum lite pendente cum eadem contrahat de praesenti, quod tunc ipsa ad infantiam primi sequestranda sit in monasterio, vel apud aliam tutam vel honestam personam, vsque ad decisionem causae ex d. cap. cum locum, tenet Ang. de Castro inter consilia matrimonialia, consil. 31. numero primo, cum sequentibus, praecipue numero 10. in primo volumine.

Secunda lectura est Innocentij, Hostiens. & aliorum, quod in d. cap. cum locum, cum vno tantum fuit contentio, & de eius potentia dubitabatur, vel etiam de parentum puella violentia, & contradictione, & sic conuenit haec lectura cum secundo casu supra posito, & est frequentior primo, & iuxta hanc lecturam praed. tex. allegat Georg. de Prioris inter consil. matrimon. consil. 42. numero octavo, volumine primo, ubi etiam quod debet d. puella esse suis consanguineis sociata per tex. in cap. sine 33. quaestione secunda: sed vt inquit Praepos. d. numero tertio, non est vis quoad effectum, quia vterque casu satis probat ille tex. quod ubi timetur de metu aliquo modo in causa matrimoniali, debet seruari forma d. ca. cum locum, & ideo notat ex eo tex. Abb. ibi, quod ubi est indicandus animus puellae super contractu matrimonij debet iudex ex officio providere, vt collocetur in domo in qua nullum metum nullamque violentiam habeat timere: ex quo inferri statim ibi, quod si timetur de violentia, & metu parentum, puta, quia puella contraxit clam parentibus in scijs ad petitionem sponsi, iudex debet puellam surripere de potestate parentum, & collocare eam in aliqua honesta domo, puta in monasterio monialium, vt in ca. penultimo, d. probationibus, vel apud honestos consanguineos puellae, & quod ita potest intelligi litera illius tex. si bene ponderantur verba ipsius, licet glossa habuerit aliu intellectum, ex quo notat casum in quo libera persona quasi sequestratur: similiter Praepos. ibi numero tertio, inquit, nota, ibi, honeste teneri formam, quae quotidie obseruatur, quando iudex vult scire animum mulieris, vel quando alias litigatur in ma-

in matrimonialibus super vinculo, vel etiam super possessione, & timetur de aliqua seuitia, vel potentia, quia donec causa sit finita, & executione mandata debet mulier sequestrari in locum tutum, puta in monasterio, iuxta tex. in ca. penult. de probat. & vult etiam Ioan. Andr. in d. ca. eum locum, quod omnia conuenient, & volumus esse dicta tam pro primo, quam pro secundo casu ex suprascriptis, & quod iudex possit facere ex officio puellam sequestrare, & de vinculo matrimonij cognoscere probat bene vltra Abbatem praeitatum Georg. de Priolis. d. consil. matrimon. 42. numero nono, & decimo, quia in matrimonialibus exuperat officium iudicis, vt in d. ca. eum locum, & praeterea, quia vbicunque vertitur periculum animae iudex supplere potest de facto, etiam vtraque parte praesente, vt in ca. cum nobis olim de elect. ex exceptionem de except. gloss. in s. bona. de post. Prae. & ibi Ioannes Andreas super ver. publicam utilitatem, & alij DD., quos ibi citat.

2 Multa tamen alia addenda censui, quae vtrique casui deferunt, nempe quod hoc depositum puellae, praecipue, si inter personas graues hoc negotium contingat, cum maxima maturitate, & deliberatione faciendum est, vtpote, quia ex eo, mille iniuriarum, rixarumque sequi possunt inter consanguineos, & amicos vtriusque partis, non tamen dico denegandum, sed caute faciendum pensatis penlandis, et cum informatione testium, quamuis non sint omnino integri, quia ad hoc alias sufficere censentur, debentque deponere de fide matrimonij data, & de petitione viri petentis puellam pro sponsa, vel producta schedula sponalium aliquibus testibus comprobata, non vero leuiter, absque sufficienti iustificatione depositum puellae petentis; item, quod si opus fuerit, innocetur auxilium brachij secularis ad hoc, vt commodius sine alteratione, & perturbatione consanguineorum, & amicorum negotium expediatur: denique quod ab vtroque iudice, vel saltem a seculari sub grauibz poenis praecipiat omnibus consanguineis, & amicis & notis vtriusque partis, vt in domus suas se recolligant, ab eisque ne exeant donec aliud eis praecipiat, & si opus fuerit ministris iustitiae, ponantur in diuersis locis & vicis, vt obuietur rixis, contradictionibus, & violentijs parentum puellae. Praeterea moneo, confessionem puellae minime esse sumendam in domo parentum, quia alias de nihilo seruiret eius depositum in domo tuta, & honesta sciendum, siquidem hoc sit, vt cum summa libertate puella voluntatem suam, & veritatem insinuet, & aperiat, at hoc minime fiet, nec finis intentus consequetur, si in domo parentum confessio praed. acciperetur, siquidem signis eorundem, & suorum familiarium posset praeveneri, & impediri libertas puellae. Debet igitur prius puella deponi, & sequestrari in domo tuta, & honesta in qua ipsa nihil timere oporteat, arbitrio iudicis Ecclesiastici designanda, vt libere declarare audeat cum iuramento, & cum experientia, quae est rerum magistra, doceat in monasterio Monialium hoc recte fieri non possit ob varias Monialium perturbationes, & inquietudines, ego nisi aliud constaret, nempe has cessare in aliquo monasterio ob Monialium sanctimoniam, & summam quietem) puellam non deponerem apud alia monasteria, nec apud consanguineos, seu consanguineas puellae, vt sponso suspectos: sed in domo alias tuta & honesta, in qua nihil eam timere oporteat iuxta dispositionem tex. in d. ca. cum locum; cuius ingressum omnibus hinc inde coniunctis sub grauibz poenis, & Ecclesiasticis censuris late sententiae interdicere, postmodum vero, a-

liquo temporis interuallo concedenti transacto, in mea domo, vel in Ecclesia, vbi liberius confessionem suam dicere posse videbitur, eam acciperem, & si opus fuerit, & iudici videbitur, praecipiet feminam vt prius peccata sua confiteatur sacramentaliter confessario ab ea eligendo, & sacramentum Eucharistiae sumat, vt cum maiori Paritate veritatem dicat posse, & aperiat postea iudici prout in praxi ita obseruari vidimus non semel, & mihi non displicet haec praxis. Ad superiora reducenda sunt, quae docet in proposito primi casus Doctor. Ioannes Segura in suo Directorio Iudicum Ecclesiasticorum in secunda parte ca. 16. numero 23. folio mibi 221. columna prima, vbi dicit, quod iudices in specie praemissa non debent facile moueri ad inquirendum, sed quod prius parochus, vel confessario, alijue honesto viro, & fideli sub sigillo committant, vt sumpta occasione feminam alloquatur, vt praeretur, an id verum sit cuique illorum duorum nubere malit, & quod si id totum negauerit, & combannito viro, hoc est cum quo monitiones in Ecclesia sunt factae, nubere desiderat, (vt frequenter fieri solet) nubat in Domino, quin ista impedimento sint: nisi incontinenti sponalitate promissionis, hic offert probationem, quia si id rebus comprobauerit iudex procedat iuxta ea, quae idem Author ibi inquit se tradidisse in initio capituli praecedentis: quod si femina huic nubere concesserit, renueritque cum viro combannito, nisi coacte contrahere, cum primo parochus, confessariusue, id iudici denunciauerint, domum ipsius feminam adeat, innouat ad id (si opus fuerit) brachij secularis auxilio, eamque inde extrahat, & in loco honesto & tuto, nemini suspecto deponat, eiusque ingressum, omnibus hinc inde coniunctis, sub grauibz poenis, & censuris interdicat: posteaque voluntate puellae libere explorata eam in matrimonium ei viro tradat, cui ipsa maluerit, in quo iudicis praesentia, et naturalis discretio maxime desideratur, vt secundum negotij qualitates, & personarum conditionem, id cautius disponere valeat, & lites, rixaeque & contentiones, aliaque incommoda, quae in his casibus exoriri solent, vitentur.

Non enim video villo iure probari, nec opus esse, vt iudex in praemissa specie, prius parochus, vel confessario, alijue viro committat examen puellae; quod ipsa iudex per seipsum facere debet: idcoque gratis, & ex capite censeo esse dictum, nec villo modo obseruandum: item quod si ipsa negatur, & dicat, se combannito viro velle nubere, non video, qua ratione ei hoc concedendum sit stante praesensione alterius viri, contententis sibi prius fidem de contrahendo matrimonio dedisse, quamuis statim, (hoc est) incontinenti probatione non offerat, cum tamen terminus competens eidem ad probandum constituendus sit post allegationes vtriusque partis.

Qua ratione nec etiam audienda erit ipsa puella, si in libertate confita ex duobus eam parentibus, ipsa elegerit in virum, qui deterius ius habuerit in praedictum alterius, melius ius habentis, sed partibus auditis administretur iudex iustitiam in causa: in reliquis probo dicta per Seguram vbi supra.

Superest modo, vt videamus circa hos duos casus supra declaratos, quanto tempore puella remanenda est in domo, & loco tuto, vbi fuerit ad praed. effectum deposita per iudicem ecclesiasticum?

Ecce videtur prima facie dicendum, quod vsquequo confessionem liberam iudicalem fecerit, remanere

manere debeat ibidem: eaque facta, statim reddenda restituendaque sit parentibus: siquidem in eum finem, vt praefatum confessionem libere faceret, fuit abstracta ab eorum domo, & in illo loco deposita: ergo hoc expedire, quare amplius detinenda est contra voluntatem parentum, vel consanguineorum.

Rursus ex opposito habemus textum in d. ca. cum locum in fine de sponsalibz, vbi praecipit Papa Episcopo Papiensi, vt faciat puellam de cuius matrimonio queritur, in domo in qua nihil eam timere oportet honeste teneri, donec praedict. causa terminata fuerit, & sententia sine contradictione cuiusque valeat executioni mandari: ergo quousque hoc factum fuerit, puella in deposito permanere debet: probat igitur tex. hic, quod ad officium iudicis spectat prouidere, vt sua sententia possit executioni mandari, siquidem non solum iudex ex officio habet procedere ne iudicium fiat illusorium ex defectu processus, vt voluit glossa in ca. primo, verb. al. sentia, & in ca. cupientes §. ceterum, de electione lib. sexto, & in ca. primo, de iud. in sexto. notat Barto. & communiter DD. in l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de damn. infect. Sed etiam habet prouidere, ne iudicium fiat illusorium de facto, quia sententia non posset executioni mandari, & hoc potest iudex officio facere, vt patet ex illo tex. du dirigit verba ad iudicem, quo casu nascitur officium iudicis, vt in terminis tenet, & probat Praeposit. in d. ca. cum locum sub numer. secundo, & cum ille tex. secundum diuersas lectiones supra dictas loquatur in dictis duobus casibus, in vtroque seruanda videtur eius decisio, quid tenendum?

Et quidem in primo casu, in quo loquitur dictum cap. cum locum, iuxta eius communem intellectum, proculdubio seruanda erit sua praefata decisio. Ceterum in secundo casu supra dicto, quando vnus solus petit puellam in sponsam inuitis parentibus, cum ipsa in loco tuto reposita, liber sponalitate cognoscit, & velit nubere illi viro, finita res est, quia statim iudex in eodem loco, antequam eidem auferatur libertas, eos desponsare debet, aut desponsari faciet per verba de praesenti, iuxta formam Concilij Tridentini. Quod si ipsa, fidem assertam, negauerit, adhuc in deposito remanere debere videtur, vt sententia ferenda in causa, sine contradictione cuiusque possit executioni mandari, ex dispositione tex. in d. ca. cum locum, quo casu eius ratio militat quoque, sicut in primo. Quod si ex meritis causae tunc temporis confiterit non esse exadam, & perfectam omnino probationem sponalium tunc iudex poterit iuste arbitrari, vt puella deposita parentibus reddatur, cum precepto, & censuris, atque fideiusoribus idoneis commentariens. ceteris competentis facultatis, quod durante lite alteri puella non nubet, & quod ex illo oppido non exiet, idque notum fiet parochis eius loci, ne contraueniant, aut faciant sub alijs poenis, & censuris, prout in praxi in simili casu graui obseruatum vidimus per Illustrissimum quendam Nuncium Apostolicum huius Regni in gradu appellationis.

In tertio casu supra posito inuenio Paulum de Castro consilio 127. volumine primo, dicentem, quod si mater legitima tutrix filiae ipsam impuberem tradere in sponsam alicui promiserit, debet iudex in loco honesto illam ponere ad effectum, vt in aetate perfecta, cui velit, libere nubat: quem sequitur Aymon Saulia consilio, 190. dicens adhuc matrem manere tutricem, etiam, si ipsa filia deponatur, iuxta consilium Pauli, quod etiam refert, & sequitur D. Couarruias in quarto sponal. secunda parte, cap.

3. §. sexto, numero secundo, remouebitur tamen ab educatione filiae, vt cum alijs probauimus in nostro tractatu de tutel. secunda, parte, cap. octauo numero 14.

De quarto casu principali supra posito de seuitia viri diximus late. lib. primo Canoniarum questionum cap. 1. per totum, & habetur in cap. literas in fine, & in cap. ex parte, & in cap. ex transmissa de resit. sponal.

Potest etiam verificari in hoc decisio d. ca. cum locum, de sponsalibus, nempe quando litigatur quomodocumque inter virum, & vxorem super causa matrimoniali, si mulier est virgo, quia non est restituenda marito, nec dimittenda in loco, vbi posuit ad eam accedere, sed debet poni in loco tuto, vt ibi stet donec causa finiatur, ita tenet Hostiens. ibidem, & approbant communiter DD. secundum Praepositum ibidem numero tertio, in versiculo vel alio casu, quod verum intelligo, quando ex parte mulieris iusta, & proportionabilis allegatur causa, ob quam viro suo non debeat tradi, nempe, quia lis mouetur de matrimonij non consummati valore, alias secus, nulla legitima, seu rationabili causa subsistente, vt clarum est.

Sed praedicta communis sententia procedit, quando petitur a viro integra restitutio vxoris, etiam quoad copulam. Tunc namque non conceditur, si matrimonium quamuis ratum, consummatum non sit: graue namque damnus patereat femina, declarato postea inualido matrimonio: secus tamen erit quoad cohabitationem, & cetera obsequia praeter copulam, quia illorum respectu restitutio concedenda erit, cum ius habeat alter ad haec obsequia praeter copulam matrimonio etiam per eam non consummato, tex. est ad hoc a contrario sensu in capite ex parte de restitutione sponalium, vbi huius sententiae clare videtur esse Hostiens. super verbo causam postea matrimonij: & Anton. in d. ca. capite ex transmissa numero secundo, dum affirmant, ad plenam restitutionem probandum esse matrimonium, & copulam, sentire igitur videtur, secus esse, quando non petitur plena restitutio: & tenet expresse Abb. in d. ca. capite ex parte numero 25. Lignauer, quem refert, & sequitur Imol. in d. ca. capite ex parte numero 11. Brunel. de sponal. conclus. 12. numero, quinto. Alexander Carrerius lib. primo, de sponal. cap. tertio, Barbof. in rubrica ff. solut. matrimon. in 2. parte, numero 80. & Thomas Sanchez lib. 2. de matrim. disputatio 41. numero 50. verba, sed melius distinguunt: vbi quod si periculum sit de copula extorsione (prout reuera adesse videtur) cautio indemnitate praestanda est: est haec minime sufficiat, ad praecauendum periculum restitutio differenda est, secundum Abb. & Brunel. vbi supra, & ita merito meo iudico multi Auctores indistincte in praemissa specie tenent, non esse faciendam restitutionem vxoris viro eam perenti, quoad nihil, argumento tex. a contrario sensu in d. ca. ex transmissa de restitutione sponal. ibi: mandamus quatenus, si vobis confiterit, quod praefata mulier praed. militi legitime desponsata fuisset, & ab eo cognita, restitutio indistincte non est facienda, & ita tenet ibi glossa in verbo, & ab eo cognita, & Hostiens. ibi super eodem verbo: Innocen. in d. ca. ex parte numero quarto, & ibi Ioannes Andreas numero sexto, in fin. septimo, & octavo, & Cardin. numero quinto, oppositio prima, Bald. in cap. penultim. numero quinto, & vltimo, de probatione, Ancharran. in d. ca. ex transmissa numero primo, Dominic. de Sancto Gemiano. consil. 24. numero tertio, quos

